Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



hunc. Ait illi mulier. Non
habeo uirum. Dicit ei ihs. Bene di
xisti. quia non habes uirum. Quinque enim
uiros habuisti. et nunc quem ha
bes non est tuus uir. Hoc ue
re dixisti. Dicit ei mulier. Domi
ne uideo quia propheta es tu. Patres nri
in monte hoc adorauerunt. et
uos dicitis quia in hierosolymis est
locus ubi adorare oportet.
Dicit ei ihs. Mulier crede mihi
quia ueniet hora. qui neque in mon
te hoc neque in hierosolymis ado
rabitis patrem. Vos adoratis
quod nescitis. nos adoramus
quod scimus. quia salus ex iudeis
est. Sed ueniet hora. et nunc est
qui ueri adoratores adorabit
patrem in spiritu. et uitate. Nam
et pater tales quaerit. qui adorent
eum. Spiritus est deus. et eos qui
adorant eum in spiritu. et uitate op
tet adorare. Dicit ei mulier.
Scio quia messias ueniet qui dicit
ur christus. Cum ergo uenerit. ille nobis
annunciabit omnia. Dicit ei ihs
Ego sum qui loquor tecum.
Et continuo uenerunt discipuli
eius. et mirabantur quia cum mu
liere loquebatur. Nemo tamen
dixit quid quaeris. aut quid.
loquis cum ea. Reliquit ergo
hydriam suam. mulier. et abiit in
ciuitatem. et dicit illis homi
nibus. Venite et uidete hominem.
qui dixit mihi omnia quaecumque
feci. Numquid ipse est christus.
Exierunt de ciuitate. et ueni
ebant ad eum. Interim rogabant
eum discipuli dicentes.
Rabbi manducet. Ille autem
dixit eis. Ego cibum habeo
manducare. quem uos ne
scitis. Dicebant ergo discipu
li ad inuicem. Numquid
aliquis attulit ei manducare.
Dicit eis ihs. Meus
cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me.
ut perficiam opus eius. Non
ne uos dicitis quod adhuc quatuor
menses sunt. et messis ueniet.
Ecce dico uobis. leuate oculos
uestros. et uidete regiones. quia
albe sunt iam ad messem. Et
qui metit mercedem accipit
et congregat fructum in uitam
aeternam. ut qui seminat si
mul gaudeat. et qui metit.
In hoc enim est uerbum ueri
quia alius est qui seminat
et alius est qui metit. Ego